

2. Ostiae in museo, fragmentum: Σεργῆνος νεωκόρος (sic) ἀνέθηκεν. Descripsi. Edidit P. H. Visconti inscr. Ost. V n. 88.

3. *Grand' ara quadrilatera alta e stretta, trovata a Porto 1795*: Σεργῆνος Ξιφίδιος ὁ κράτιστος νεωκόρος ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκα. Legitur manu ignota inter Marinii schedas Vaticanas (cod. Vat. 9123 f. 189), unde edidit Marini Arv. p. 749; ex hoc C. I. Gr. 6001.

4. Originis incertae. Σεργῆνος ὁ πρεσβύτατος νεωκόρος ἀνέθηκα. Romae in hortis Torre prope portam Salariam descripsit Sarti, in villa Ludovisia, id est eodem fere loco, vidit Henzen. — N. 2. 3. 4 ab eodem neocoro esse dedicatas apparet; nec diversus videtur C. Valerius Serenus is qui posuit n. 4.

5. Originis incertae; extabat in castro S. Cannati prope Aquas Sextias, nunc extat Aquis Sextiis in museo: Ἐπ' ἀγαθῶ ὑπὲρ σωτηρίας Μάρκου Αὐρηλίου Σεουήρου Ἀλεξάνδρου Εὐτυχοῦς Εὐσεβοῦς Σεβ(αστοῦ) καὶ Ἰουλίας Μαμμαίας Σεβαστῆς μητρὸς Σεβ(αστοῦ) Δι' Ἡλίου μεγάλου Σαράπιδι καὶ τοῖς συνναοῖς θεοῖς Μ. Αὐρήλιος Ἡρων νεωκόρος τοῦ ἐν Πόρτῳ Σαράπιδος ἐπὶ Λαργινίῳ Βευταλίῳ ἀρχιπυρρέτῃ καὶ καμεινευτῇ καὶ Αὐρηλίῳ Φήβῳ καὶ Σαλωνίῳ Θεοδότῳ ἱεροφώνοις καὶ καμεινευταῖς καὶ τῇ [sic Seguiet, KAPI Millin, KAPI plerique] ἱεροδουλείᾳ ἀνέθηκεν ἐπ' ἀγαθῶ. In latere fuit ἐπ' ἀγαθῶ ἐπὶ Γρανιούρῳ secundum Sponium. C. I. Gr. 6000. Gibert catal. musei Aquensis p. 38

n. 93. Hanc quoque pertinere ad Serapeum portus Ostiensis constat et ex eo quod is qui eam posuit M. Aurelius Hero appellari voluit νεωκόρος τοῦ ἐν Πόρτῳ Σαράπιδος — nam solo *Portus* nomine etiam extra Italiam vix alius portus significari potuit quam portus urbis Romae, id est portus Ostiensis — et ex eo quod inscriptio sepulchralis (infra suo loco edenda) quam *Vareniae Diogenidi coniugi* posuit C. Saloni Theodotus hodie quoque extat in Portu; nam hic vix diversus est a Salonio Theodoto Serapidis ἱεροφώνῳ καὶ καμεινευτῇ¹⁾.

Ex his inscriptionibus discimus in portu Ostiensi fuisse Serapeum donariis Graece Δι' Ἡλίου μεγάλου Σαράπιδι inscriptis opulentum, in quo summus sacerdos, similiter ut in Serapeo Alexandriae, nuncupabatur ὁ νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σαράπιδος. — Etiam apud Minucium Felicem (Oct. cap. 2) memoratur *simulacrum Serapidis* Ostiae.

C. Nasennius Marcellus pontifex Volcani et aedium sacrarum fortasse filius fuit C. Nasenni C. f. Marcelli senioris, cuius est n. 170.

1) Omisi titulum his admodum similem, quippe et ipsum positum Δι' Ἡλίου μεγάλου Σαράπιδι a neocoro Serapidis, editum C. I. Gr. n. 5996, nam hunc vel origine vel argumento pertinere ad Ostiam demonstrare non possum; nec magis recepi titulum positum anno p. Chr. 299, editum C. I. Gr. 6002, quippe quem clausula, in qua videtur latere mentio consularis aedium sacrarum, urbi Romae vindicet; denique titulus editus a Grutero 4040, 41 ex schedis Ursini (ex Grut. C. I. Gr. 5999) admodum suspectus est.

48 Ostiae in museo.

S I L V A N O
S A C R U M
AGATHEMERUS?
FELICIT?

Descripsi.

50 fragmentum (basis ut videtur) altum palm. 2¹/₂, latum palm. 2. Ostiae rep. anno 1726 *nella cava che fece fare il Sr. March. Sacchetti in una sua vigna.*

49 parva ara marmorea. Rep. anno 1865 in Portu, nunc Romae in villa Albania.

SILVANO · SAC ·
T · FLAVIVS
AVG · LIB ·
PRIMIGENIVS
5 TABVLARIVS
ADIVTOR

Descripsit Bormann. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 192; P. H. Visconti catalog. villae Albanae p. 295 n. 181.

Est huius corporis vol. VI n. 303 inter urbanas.

S I L V A N O S
SVCESSVS · AGATHEMEI
IMP · T · CAESARIS · AVG ·
SER ·
5 ATERNI · VICARIVS
OTVM · POSVIT

Servavit Ghezzi ms. Angel.

Silvano s[acrum] Successus Agathemer[i], imp. T. Caesaris Aug. ser(vi) [p]aterni, vicarius [v]otum posuit.

51 basis marmorea varie ornata. Ostiae rep. pone scaenam theatri (fig. 16 formae citatae supra ad n. 7) vere anni 1881.

in lateris sinistri margine superiore:

VOTVM · SILVANO

in latere intuenti sinistro:

Genii alati cum armis Martis

in margine superiore:

//RAM · SAC// //NAM · AVG · GENIO// //SACOMAR//

in media fronte basis:

P · AELIVS · TROPHIMI · AVG · L · PROC · PROV
CRETAE · LIB · SYNEROS · ET
TROPHIMVS · ET · AELIANVS · FILI

Genius alatus

Mars Venus iuvenis (Amor?) sinistra facem
cygnus tenens

in margine inferiore:

DECVRIONVM · DECRETO

in parte aversa:

lupa cum gemellis, pater Tiberinus, adstant pastores

in latere intuenti dextro:

currus Martis cum quattuor Geniis

in lateris dextri margine inferiore:

DEDICATA · K OCTOBR

W · ACILIO · GLABRIONE · C · BELICO · TORQVATO · COS

a. 124

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 112. 113. Ipsa ara phototypice depicta est ib. tab. II.

In margine superiore frontis bona pars scripturae periit, scilicet initio litterae una vel duae (nec R quam dedi ante A omnino certa est), post primum fragmentum litterae 9 (et hasta quoque quae superest ante NAM ex qua littera supersit, definire non potui), post secundum litterae 4 vel 5, denique in fine littera una ut videtur.

Votum Silvano. [A]ram sac . . . nam Aug(ustam), Genio sacomar. Haec verba, ut sunt lacera et interrupta, non intelleguntur; nec lucem accipiunt ab eis quae leguntur inter honores gestos a L. Calpurnio Chio (n. 304) *quinquennial(is) collegi Silvani Aug. maioris quod est Hilarionis, functus sacomari*, quippe quae ipsa obscura sint. *Sacomar(ium?)* Ostiae praeterea memoratur in titulo Cn. Senti Felicis (infra n. 404). — Sequuntur nomina eorum qui aram dedicaverunt P. Aelius Trophimi, Aug(usti) l(iberti), proc(uratoris) prov(inciae) Cretae, lib(ertus) Syneros et Trophimus et Aelianus filii. — Verba *decurionum decreto* fortasse ad locum quo ara stetit pertinent. — Dies in latere adscriptus est d. 4 Oct. 124.

Res in ara insculptae ad Martis et Veneris amores et urbis Romae origines pertinentes cum titulo arae inscripto nihil commune habent. Videntur igitur Aelii Syneros Trophimus Aelianus usi esse ara antea aliis rebus destinata; id quod indicatur etiam loco quem inscriptio occupat. Nam nec margo superior admodum angustus aptus erat ad recipiendum nomen numinis cui ara dedicabatur, nec spatium id in quo nunc nomina dedicantium leguntur antea scripturae destinatum fuisse videtur.

ad n. 46. Schedae Cassiani del Pozzo, quas ad hunc titulum et ad n. 176 adhibuimus (cf. item infra ad n. 472), quas olim possedit A. W. Franks, post mortem eius pervenerunt in museum Britannicum (*library of the department of Greek and Roman antiquities*, plut. 25 e): cf. Th. Ashby *Classical Review* 1904 p. 70; hic titulus legitur ibi f. 60 (Th. Ashby l. c. p. 71) [D.].

ad n. 47 cf. IG XIV 944 sqq. Accedit cippus marmoreus (0,81 × 0,35 × 0,29) rep. decumano, nel quinto vano a sin. verso il teatro, cominciando dall'angolo della via del Sabazeo, quem edidit Vaglieri *Not. d. sc.* 1909 p. 86: Ἀγαθῆ τύχη. | Θεῶν μεγάλων | Σαράπει Π. | Ἀκύλλιος Θεῖσδοτος ὑπέρ | Ἀχιλλίου (sic traditur; emendandum puto Ἀκυλλίου) Χρυσάνθους | τοῦ υἱοῦ | folium.

ad n. 51. Iam Romae in museo thermarum Diocletianarum (cf. Paribeni *Le terme di Diocleziano e il Museo Nazionale Romano* 4 [Roma 1922] p. 250 n. 724 [324]). De anaglyphis egerunt Helbig *Führer* ed. 2 p. 206 n. 1086; Ducati *Mél. de l'École franç. de Rome* 26, 1906 p. 483 sq.; cf. etiam Lucas *Roem. Mitt.* 14, 1899 p. 220 not. 1, qui anaglypho anticae non Martem et Venerem, sed Aeneam et Venerem repraesentari putat. — Inscriptionem lateris sinistri (VOTVM SILVANO) posteriorem esse quam reliquas inscriptiones, has ipsas arae eiusque anaglyphis aequales putat Ducati, dubito num recte [D.]. — Cf. etiam L. R. Taylor *The cults of Ostia* (1912) p. 38. E. Strong *Scultura romana II* (1926) p. 225 (attulit Matz).

ad n. 53. Iam Romae in museo thermarum Diocletianarum (a. 1905 in repositis) [D.].

ad n. 70. Fortasse idem infra n. 4345, 1. 2 et n. 4569 dec. III 7.

ad n. 72 cf. infra n. 4442 sqq. et quae exposui *Sitz.-Ber. Berl. Ak. phil.-hist. Kl.* 1928 p. 64 sqq.

ad n. 82. Vidi Ostiae in repositis musei mense Aprili a. 1927.

ad n. 94 cf. infra n. 5325.

ad n. 98. Gavin Hamilton, in epistula ad Townleium iam servata in museo Britannico (Stowe ms. n. 1019 [antea 902], cf. *Catalogue of the Stowe manuscripts in the British Museum* vol. I 1895 p. 664), edita ab A. H. Smith *Journal of Hell. studies* 1901 p. 315 (excerpta minus accurata dederat Dallaway *Les beaux arts en Angleterre*, 1807, II p. 128), inter inscriptiones a se Ostiae effossas memorat unam elegantissimam temporum Traiani, eam a se datam esse Carolo Albacino. Fortasse significatur n. 98. Sane haec non est aetatis Traiani, sed Traiani nomen extat v. 4 [D.].

ad n. 99. Legitur etiam, ut iam dixi in indice auctorum (supra p. XIII), in codice Hamiltoniano iam Berolinensi, legitur etiam in codice Iucundi Ashburnhamiano nunc Laurentiano f. 9 n. 84; in illo additur, quod non notaveram, marmor Romam delatum esse tempore Pii pontificis maximi² (a. 1458–1464). Cf. Ziebarth *Eph. ep.* IX p. 215. 290. 294 [D.].

ad n. 114. V. 7 scr. [i]mp. [VI]II [D.]. — Ex quo volumen XIV editum est, accesserunt fragmenta complura. Itaque, si quis textum antiquum restituere suscipiet, debet omnia frustula, etiam ea, quae nunc ad tabulam restituendam adhibita sunt, denuo examinare et in suum ordinem redigere; id quod ego facere non potui. Qua de causa satis habeo hic singula fragmenta, sicut edita sunt, enumerare.

1 [= Eph. IX 449]. Rep. fossionibus in theatro institutis a. 1890.

a	caES·1		
	seuerus pius pertiNAX aug.		
	V		
b	c	d	e
P·I	AB	TER·III	V

Lanciani *Not. d. sc.* 1890 p. 37.

Lanciani putat superesse ex alio exemplo inscriptionis n. 114, collocato supra introitum theatri ('sopra l'ingresso doveva essere incisa copia della grande iscrizione scoperta nel 1884 nella scena del teatro'), sed certe aliter conceptam inscriptionem fuisse fragmentum d indicat. — c: [Ar]ab(icus) vel [Adi]ab(enicus) supplet Lanciani. — d integrum a sinistra et infra exhibet Lanciani, idem subtus spatium vacuum indicat; videtur igitur hoc fragmentum superfuisse ex ultimo versu inscriptionis² Dessau l. c.

2. Frammenti di grande iscrizione per lettere incastrate di bronzo, rep. nell'iposcenio del teatro:

a	b	c	d
V	VAI	Q	DI

Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 289 n. 1, qui adnotat questi frammenti dovrebbero appartenere alle grandi iscrizioni dedicatorie del teatro (i frammenti che si conservano nel Castello dimostrano che la iscrizione doveva essere in doppio esemplare); se così è, il framm. a dovrebbe farci modificare i supplementi proposti dal Lanciani e dal Dessau.

3. Nescio an eodem pertineat littera v aerea ibidem reperta (*Not. d. sc.* 1910 p. 290).

4. Fragmentum litterae E aerae ibidem repertum, quod eidem inscriptioni assignandum esse suspicatur Vaglieri *Not. d. sc.* 1908 p. 344.

5. Lud. Paschetto *Ostia colonia Romana (Diss. della pontif. acc. rom. di arch. ser. II t. X parte II a [1912])* p. 279 scribit oggi il Vaglieri ha potuto riempire parecchie lacune, e l'iscrizione, infissa sui muri più alti della cavea, si legge così: Imp(erator) Caes(ar), d[ivi M]ar[ci Anton]i[ni] P[ii] filius, divi Com[mo]di frater, divi Antonini Pii nepos, divi Adr[ian]i an[ni] pronep(os), divi Traiani Parthi[ci] abn[ep]os, divi Nervae ad[n]e[ep]os, L. Sep[ti]m[iu]s Seve[r]us [Pi]us Pertina[x] Aug(ustus), tri[buni]c(ia) potes[t]ate [III] i[m]p. II cos. II et [Marc]us Aurelius Antoninus Caesar dedicaverunt.

ad n. 118. Partem (v. 1 IMP·CAES, v. 2) O — — PERTIN) cet.) postea possedit Raoul Rochette, post cuius mortem publice venit a. 1855, eam partem edidit Longpérier *Bull. archéolog. de l'Athénæum français* 1855 p. 52. — 4 CANTNO... etiam Longp. [D.].

ad n. 128. A. 1893 auctione partis antiquitatum Borghesianarum facta nescio quo ablata est: *Catalogue des collections du Pavillon de l'Horloge (Romae 1893. 4^o)* p. 122 n. 795 [D.]. — De hoc titulo egi infra ad n. 4569.

ad n. 129 v. infra n. 4402.

ad n. 134 cf. infra ad n. 4455.

ad n. 135–137. Certe n. 137, fortasse etiam n. 135. 136 memorat, qui effodit, Gavin Hamilton in epistula, de qua vide ad n. 98 (A. H. Smith *Journal of Hell. stud.* 1901 p. 315) [D.].

ad n. 139. Titulum gemellum dedi infra n. 4717, ubi vide.

ad n. 147. 148. Vidi Ostiae in repositis musei.

ad n. 155. 156. Cf. supra ad n. 72.

ad n. 160, 9 sqq. cf. supra p. 611 b, infra ad n. 4569.

ad n. 166. 167 cf. infra n. 4453.

ad n. 168. Eodem loco (cortile del Penitenziario femminile, Viale Manzoni) vidit Vaglieri a. 1892 [D.].

ad n. 171 v. infra n. 4457.

ad n. 172 v. infra n. 5345.

ad n. 176. In codice Cassiani del Pozzo (vel potius magna ex parte conflato ex schedis Cassiani del Pozzo), iam musei Britannici (cf. ad n. 46), legitur f. 60: Th. Ashby *Classical Review* 1904 p. 71 [D.].

ad n. 181. Vidi Ostiae in repositis musei.

ad n. 188. Initium sic legit Villefosse *Revue épigraphique* V (fasc. 121, 1907/8) p. 221:

ITEM·LEG·III·Ital. scribae
AED·CVR· cet. [D.]

ad n. 192 cf. infra n. 4704.

ad n. 231. A prioribus etiam (Gatti) *Inscr. Chr. urbis R.* I suppl. n. 1749 [D.].

ad n. 244. 245 v. infra n. 4534. 4536.

ad n. 250. Ad hanc inscriptionem pertinent quae ex schedis Bouchardianis refert L. Marcheix *Un Parisien à Rome et à Naples en 1632* (Paris [1897]) p. 168: l'église (i. e. ecclesia Ostiensis) ... portait encadrée dans sa muraille une belle inscription ... Bouchard la croyait déjà recueillie par Gruter et n'en reproduit, pour cette raison, que le commencement: M. ACILIO GLABRIONE. M. VALERIO COSS. ORDO CORPORATORVM LENVNVLARIORVM TABVLARIORVM AVXILIARES OSTIENSES ... 'et au dessous les noms de ces gens-là distinguez en cinq ordres ou classes'. [D.].